

2da lib. d A N G E L I *Uol. 2da*
cuencia

A R E T I N I, D E M A L E F I C I I S

TRACTATUS,

DE INQVIRENDIS ANIMADVERTENDISQ.
criminibus. opus nedum vtile, sed necessarium omnibus,
maximè ijs, qui ad prouincias regendas
constituti sunt.

*Cui tractatus ALBERTI de Gandino, nec non BONIFACII de
Vitalinis, unà cum apostillis Augustini de Arimino, & Hier.
Chuchalon, ueluti apendices subieciimus.*

Cum Summarijs, & Indice locupletiori quàm antea, à multis erroribus
expurgato, & ad studiosorum vtilitatem pristinae integritati
suae nunc demum restituto.

Cum eiusdem Angeli vita, per Thomam Diplobatacium edita.



VENETIIS, Apud Franciscum de Francis Senensem.

M D LXXVIII.

ANGELI ARETINI, DE MALEFICIIS TRACTATUS,

Augustini Ariminensis, Hieronymi Cuchalon, & Bernardini de
Landriano, aliorumq; Modernorum, Adnotationibus
illustratus, foeliciter incipit.

PROOEMIUM.



SÆPE mihi natura munera animo repetenti verissimum illud
Stoicorum videri solet, Quæcunque à natura ipsa genita essent
omnia ad vsum hominum esse genita. Homines autem etiam ho-
minum causa esse procreatos, vt sibi inuicem quacunque possent
ratione auxilio forent. Proinde quantum quisq; ingenio, quan-
tum opere & labore assequi posset, tantum in communem homi-

num societatem conferendum esse. Itaque cum essem rogatus à pluribus Iuris ci-
uilis studiosis, & qui in eo administrando versari cum dignitate cuperent, vt de
inquirendis, puniendisq; criminibus conscriberem: quo facilius ea, & rectius di-
iudicare, & iustis pænis emendare possent: non ingenio fretus, sed eorum preci-
bus, & eo (quo dixi) natura instinctu adductus, minimè in hoc à me illis offi-
cium meum denegandum putauì: præsertim recta cupientibus & iusta petentibus.
Quare cum in hoc de vita & moribus hominum agatur, quæ inter mortalia po-
tissima sunt collectis multorum Doctõrum sententijs, atque opinionibus veris, &
communiter vsitatis, decreui eas in libellum conferre, nec ex meipso quicquam
nisi breues notulas aliquas addere. Satis enim mihi visum est ad similitudinem
doctissimi Papyrii Iurisconsulti: si ea quæ ab illis doctissimis viris summo labo-
re conquisita, ac literis prodita essent: ita disponerem, atque ordinarem, vt eo-
rum inuestigatio & perceptio facilior videretur. Qua de re cum publicè in in-
clyto, ac in orbe famosissimo studio Bononiæ iura ciuilia legerem, ego Angelus
de Gambilionibus, de Aretio, minimus inter legum Doctores id opus aggressus
sum, breuiq; tẽpore persolui: quod Spectabilibus Dominis Rectoribus, necnon Ex-
cellentiss. Doctõribus, & Scholaribus egregijs Bononiæ commorantibus assigno,
quodq; omnium iudicio corrigendũ atq; emendandum trado. Tu igitur Lector, ve-
lim ipsum non detrahendi, aut vituperandi studio, sed amore impulsus, diligenter
legas: & si quid in eo, aut inconditum, aut parum perfectè scriptum inueneris, id
tua doctrina suppleas: & quod minus pro iuris æquitate dictum videatur, prudẽ-
tia corrigas, emendesq;. Si quid autem ex ipso fructus & utilitatis capies, immor-
tali Deo, et summis illis Doctõribus, qui ea nobis scripta reliquerũt, gratias agas.
Huius autem liberculi, vel tractatus erit ordo. Primo namque loco tex. ponetur,
& inquisitio quadam, cum totali processu. Demum, loco interpretationis, ac de-
clarationis dicti tex. glossas necessarias, & viles faciam.

Forma inscriptionis ad pœnam talionis.	412	Si quid raptum est occasione incendij, ruinae,	
Alia forma accusæ de damno dato.	ca.	vel naufragij.	418
Forma accusationis quam facit adultus.	ca.	De incendiarijs.	ca.
Forma accusæ porrectæ per procur.	ca.	De iniurijs.	449
Forma accusæ porrectæ per syndicum.	ca.	De damno dato.	451
De denunciationibus & notificationibus & pluribus formis.	436	Si quid sit deicctum de domo alterius, ex quo	
Forma denunciationis.	ca.	damnum datum sit alicui.	455
Forma notificationis.	437	De abigeis.	ca.
Alia forma notificationis de vulne. illato.	ca.	De crimine concussionis.	456
De inquisitionibus & eorum formis.	ca.	De famosis libellis.	ca.
Forma inquisitionis contra insultantem de percussione.	438	De residuis.	ca.
Alia forma inquisitionis.	ca.	De extraordinarijs criminibus.	ca.
Alia forma contra illum qui intrat domum alicuius.	ca.	De termino moto.	457
Alia forma eiusdem materiæ.	ca.	De arboribus furtive caesis.	ca.
Alia forma contra robatores.	ca.	De ludo azardi & alearum.	458
Alia forma de insultu & percussione.	439	Quibus concessa est correctio.	459
Forma inqui. cōtra officiales in syndicatu.	ca.	De aggeribus Nili, vel alterius fluminis non	
Alia forma super relato.	ca.	rumpendis.	460
De furibus latronibus, & roboribus.	443	De carcerib. priuatis vel fractis & custodib. ca.	
De raptoribus.	445	De pœna delistentis ab accusatione, & qui pu	
De receptatoribus furum & aliorum malef	ca.	nantur pœna Turpiliani.	462
ciorum.	446	De collusione.	ca.
De furtis aduersus nautas.	ca.	De abolitionibus.	463
Vi bonorum raptorum.	447	De treuga & pace.	464
		De pace.	ca.
		De clericis relinquentibus habitum & tonsu	
		ram, & delinquentib. qualiter puniuntur.	467

F I N I S .

V E N E T I I S .

Petrus Dufinellus excudebat.

M D LXXVIII.

